

Johann Cothmann

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theol. D. & Prof. ac
Facultatis Senior Ad Exsequias Quas Filiolae ... Mariae Corfiniae, Moestissimi
Parentes paratas cupiunt Omnes omnium ordinum Cives Academicos ad horam
primam, in Aedem Marianam sedulo invitat**

1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770462154>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,

in M. Corfinius.

R. 1650.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn770462154/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770462154/phys_0004)

DFG

RECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S.S. Theol. D. & Prof. ac Facul.
tatis Senior
Ad Exsequias
Quas
Filiolæ desideratissimæ, puellæ
suavissimæ
MARIÆ CORFINIÆ,

Mœstissimi Parentes

paratas cupiunt.

Omnes omnium ordinum Cives Academicos ad
terram primam, in Ædem Marianam,
sedulo invitati.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. 1650.

72.

F



A pienti sanè consilio mo-
rem illum CHRISTIANI re-
tinemus in Ecclesiā , quo à fu-
neris deductione , eos , qui vel
officii gratiā , vel pietate , aut
innatā quadam ^{rumorū} com-
moti , unā in illud prodiere , excitat verbi divini
Præco ad mortis considerationem , ad ejusque
contemptum , terrena recte afferens caduca-
esse & summè vana ; ad cœlestia æternum du-
ratura anhelandum , id Salvatorem jubere , ad
id respiciendum , id fore ex salute nostra nisi æ-
ternum perire velimus . Miserrima quidem est
hominis dum in terris vivit conditio , imo , uti &
eleganter & sapienter pronunciavit eruditissi-
morum librorum de ANIMI tranquillitate
Autor , utero egredientes nascimur ad miser-
riam , quæ fidissima comes nos ad sepulchrum
usq; prosequitur , quod instinctu quodam na-
turæ præsentientes , simul ac aurâ hujus vitæ af-
flamur , ad plorandum convertimur ; nisi raro
exem-

exemplō verum fortè est, quod de ZOROA-
STRE accepiimus, risisse eum, cum primum in
hanc lucem ederetur. Nudi prodimus, omni-
umque indigentes, nisi nostri curam gerant
parentes, nec pes nec manus suum faciunt offi-
cium. Primos annos degimus in ignorantia, nec
Deum, nec potentiam, nec opera ejus ut docet
agnoscentes: cum demum quasi vivere incipi-
mus, totā vitā discendum nobis est vivere, tota
vita mori. Maximi viri relictis omnibus impe-
dimentis, cum divitiis, honoribus, voluptati-
bus, & omni in hac vanitate Phantasie renun-
ciassent, hoc unum in extremam usq; ætatem
egere, ut vivere scirent, sæpius enim aberra-
mus à scopo, quando in ipso circumspetè vi-
vendi initio, innumeris curis torquemur, labo-
ribus corporis & animi, ipsa quoq;, pro mu-
nerum, quæ nobis contigere, varietate mi-
rum in modum perplexi. Plurimis variisque
morbis, quibus nulla Regio, nulla ætas, neu-
ter sexus, nullæ pars humani corporis o-
mnino caret, etiam ipsis pharmacis vel
præservantibus, vel morbum depellantibus
proh quoties cruciamur! Fortunati quoque
& qui semet ipsos aliis feliores æstimant, in
ipsis opibus plerumque sunt inopes, vo-

A 2 lupta-

luptates ipsis nullæ sunt perpetuæ: jam amicis
privantur intimis, jam liberis, quos magnâ
& sedulâ curâ educarunt, imo sâpe vix in lu-
cem editos primo exceperunt osculo; ipsi-
met quarumcunq; deliciarum tædio afficiun-
tut. Accedit ipsa morte pejor mortis me-
tus, terribilior sane abjecti animi hominibus,
cum eo careant, qui fiduciâ in solo salvatore po-
sitâ serio triumfat. Sequitur certissima mors;
cujus spicula nemo unquam effugere potuit, nisi
quorum exempla sacra nobis historia ostendit.
Tot Imperatores Assyriorum, Persatum, Græco-
rum, Romanorum vires & virtus suum exercue-
runt in adversarios suos, ipsis ab hoc hoste vieti
succubuerunt. Alexandro M. non unus sufficie-
bat orbis, æstuabat, ut satyricus inquit, angusto
limite mundi, infelix tamen, cum Babylona in-
traret, Sarcophago contentus esse cogebatur, de
quibus apud Lucretium, apud alios similia alia.
Saladinus ille Orientis & Christianorum terror
Ægypti Sulthan, ante quatuor & quod excurrit
secula quam præclara gessit! in ejus tamen fu-
nere, hoc trophæi instar gestum ferunt. Illius in-
terior tunica hastili suffixa feretro præferebatur,
clamante præcone; Saladinus Asia domitor ex
tanto regno, tantisq; opibus nihil præter hoc secum
ausert.

ausferit. Quare cum finis sit malorum omnium,
atq; initium æternæ vitæ perpetuorumq; gau-
diorum, MORI, dissolvi & cum CHRISTO
esse expertamus, deq; morte quovis momento
cogitemus, nec metuamus hanc animæ a corpo-
re dissolutionem, quod iis solis proprium, qui
nullam veri numinis habent cognitionem. Exo-
premus potius esse, ubi nobis non nisi optime
esse potest. Cumq; ut in veteri est senario, & ab
orbe condito testatur experientia Βροτοῖς ἀποικιατ-
ταῖν ὁ Φέλετροι, tamen ut alibi legere est ὡν μὲν φιλέτης
γ' ἀποθνήσκει ΝΕΟΣ. Hoc hodie nos docet suo exem-
ple puella elegantissima MARIA CORFINIA,
cujus corpusculi exuvias hac meridie terrâ con-
demus. Hæc cum semiannum vivendo explevis-
set, persolvit, uti loquimur, quod naturæ debuit.
Beata hæc anima lucis hujus usura frui cœpit, præ-
rerito anno 1649. die 17 Novemb. illà ipsâ horâ
quæ Avus maternus civis & centumvir Reipubli-
cæ Rostochianæ integerrimus CONRADUS
Brauwer / postquam hujus nostræ beatæ MA-
RIÆ generationem pectore lœtanti exceperat,
& palmis elevatis Deo gratias egisset, e mortaliū
theatro emigravit. Vitæ hujus autores secundum
Deum habuit, Virum pl. Reverendum & excel-
lentissimum Dn. JOHANNEM CORFINIUM,
S.S. Theol, Licent, Phys. & Metaphys, Prof. Publ.

ut & Aedis Marianæ Pastorem fidelissimum; Collegam nostrum honoratissimum..
Mater illi fuit M A R I A Brauwers / Fœmina præ cæteris sui ordinis & sexus , moribus
ornata cultissimis, ex animo cum marito mœstissimo, pignus hoc præmissum , jam quidem do-
lens , sed ubi præmissum esse considerabit, li-
bertatem ex hisce vinculis, illi, quod scimus, gra-
tulabitur. Quid namque præmissum , & tutori
tutissimo concessum, quod incredibili & nobis
prorsus ineffabili cum gaudio, redditurus est dies
restitutionum omnium pertinacius dolebimus?
Potius Parentes mœstissimi, beatissimæ præmis-
sorum conjunctioni se parabunt fortiter & ala-
criter. M A R I A nostra dulcedine sine amaritu-
dine jam fruitur, qua dulcedine nihil potest ex-
cogitari dulcius. Profecto si Tu ô beatissima ani-
ma, semestri vitæ in spatio extincta, sexagenaria
fores nobis describenda, proh, quot tui nominis
omina hic fore tesserent apponenda!

Sit ergo modus mæroris, sit certus deniq; fi-
nis, novistis quod vobis est datum, vos reddidisse,
Vestrum non fuit, sed illius, a quo vobis fuit con-
cessum. Agite, ut potius consolatione quam ob-
jurgatione digni videamini ijs, qui ad veras,
æternumq; duraturas mansiones in hac peregrin-
natione adspirant. Fruitur nunc vestra Maria con-
fortio

sortio Avi Paterni M. JOHANNIS CORFINI,
Ecclesiastæ olim ad Ædem S. Jacobi per triginta
annos & quod excurrerit meritisimi, & Reveren-
di Ministerij, antequam ad plures iret, Senioris
gravissimi. Addita est vestra, Aviæ paternæ ELI-
SABETÆ PAULI fæminæ cum in vivis esset,
multis laudibus cumulatissimæ, Aviam maternæ
CATHARINAM Beselins/ matronam hone-
stissimam ex-verustissima apud nos BESELINORUM
prosapia oriundā post se relinquens. Addita de-
niq; est Proavo suo SIMONI PAULI, SS. Th. D.
& Prof. quondam celeberrimo, Rostochiensium
Ecclesiarum Superattendentij vigilantissimo.
His prognata Majoribus MARIA CORFINIA,
cum ante 15. dies popularum lue,hinc inde græ-
fante correpta esset, & malo ingravescente o-
mnem medicamentorum efficaciam respueret,
die XVI. Maij horâ octava vespertinâ, postridie
illius diei, qui ante annos XV. Aviæ paternæ
ELISABETHÆ PAULI emortualis fuit, placi-
de exspiravit.

Indefessa Experientissimi Medici Dn. D. STE-
PHANI SCHUL TETI, sedulitas, quæ ut matu-
rè satis huic malo obviaret, serio allaboravit,
huic fatali termino remora esse non valuit.

Sit ejus animula in æternâ benedictione, & sem-
piter-

piternis fruatur gaudiis propter' Salvatoris
nostr*i* L. C. meritum!
Vos omnium ordinum Cives, Vestro cui mul-
tum debetis, hoc prae primis Vos debere creda-
tis, ut nostro hortatu, nostraque benevolia invita-
tione insuper adducti, frequentes funus praesens
comitemini Vestrae mortalitatis nunquam
non memores bene Valete. P.P.

XX, Maij Anno 1650,





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn770462154/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770462154/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn770462154/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770462154/phys_0016)

DFG

sortio Avi Paterni M. JOHANNI
Ecclesiastæ olim ad Aedem S. Jacobi
annos & quod excurrit meritissimi
di Ministerij, antequam ad plures
gravissimi. Addita est vestra, Avia
SABETÆ PAULI fæminæ cum
multis laudibus cùmulatorissimæ, A
CATHARINAM Beselins/ma
stissimæ ex vetustissimæ apud nos
prosapia oriundæ post se relinquens
niq; est Proavo suo SIMONI PAULI
& Prof. quondam celeberrimo, Ro
Ecclesiarum Superattendentij vig
His prognata Majoribus MARIA
cum ante 15. dies popularum lue, ha
sante correpta esset, & malo ing
mnem medicamentorum efficaci
die XVI. Maij horâ octava vespere
illius diei, qui ante annos XV.
ELISABETHÆ PAULI emortua
de exspiravit.

Indefessa Experientissimi Medici
PHANI SCHULTETI, sedulitas,
rè satis huic malo obviaret, serio
huic fatali termino remora esse nouit.
Sit ejus animula in æternâ benedicta.



NU,
ginta
ren-
ioris
ELI-
sset,
ernā
one-
RUM
de-
D.
um
o.
IA,
graf-
e o-
ret,
die
rnæ
aci-
TE-
tu-
it,
m-
scr-